

D. BERENGARII

FERNANDI IVRIS VTRIVSQUE

doctoris in legē, pacta conuenta Digestis de con-
trahenda emptione commentarij ab au-
tore in vetustissima Oscensi His-
paniæ Academia profes-
sente editi, & nunc
primum in lus
cē emissi.



VA ANIMA MAXIMUM

RES DISPENDIUM, SALV



EST COMPRENDIUM

LVGDVNI,

Apud Godefridum Gailliandum

M. D. XLVIII

BERENGARIUS FER.

MANDVS IVRIS VTRIVSQVE DO

CTOR TOLOSANVS VNIVERSO

professorum collegio, omnibusque

iuris candidatis in Oscensi

Academia agentibus. D. S.

bus. D. S.



VVM iam hinc à multis annis, non sine præmaturo amicorum consilio vitam fortunasque meas Tolosa instituissem viri Optimi, atque ut serè sit post ementa iurisprudentiæ studia, albo patronorũ amplissimi senatus huius urbis inscriptus fuisset, ipse inopinato quodam casu inde, à vobis abreptus sum. Quæ res quam mihi dura, difficilis, & penè intolerabilis aliquando fuerit, ipse sum mihi testis. Testis est patria mihi charissima, si loqueretur, testes quodq; liberi mecum, parentes, & amici, quos non absq; magno animi moerore hic relinquere cogebamur. Verũ enim vero non magis ego, inuitatus, aut etiam si vultis, inelcatus tam honesto sufficiens que quingentorum ducatorum honorario (etsi tum satis inteligerẽ quàm esset ingens telum necessitas) quàm humanitate & benevolentia erga me vestra, ad vos tandem hinc commigraui, partim vt ex complumbus rerum vestrarum argumentis, & exemplis experimentum colligerem, partim vt vestra omnium fretus prudentia ac solertia, qua (sive omni affectationeula loquor) in rebus gerendis plurimum valeas, ipse quoque & prudentior, & solertior euaderem. Istic postea quàm profirendi munere suscepto functus sum, sensi protinus, quanta fide & integritate meam expectationem iam tũ de vobis excitatã superastis: Id ipsi testantur cumulatiflima vestra in me beneficia, quæ nunquam sperare, necum à vobis petere ausus fuisset. Testatur & exteri cõplures, qui dum magna visendæ Aragoniæ affecti cupiditate Hispaniam peragrarunt, & liberalitatis vestræ erga me argumenta cognouere, & cognita predicare non destiterunt. Istic, quæ iuris vtriusq; prælectionibus, quanta potuimus fide, interpretati sumus, atque etiam interdum dictauimus, quàm diligentissime excepistis, neque vllò vnquã audienti tedio affecti, non modo non oscitanter audiistis docentem, sed & mentẽ præcurristis, & (nullo tamen merito meo) aduentatem amplexi estis, & amastis plurimum. Neque hæc animorum vestrorum candor effecit vt quadriennium hilariter apud vos egerimus, quo tempore omnẽ serè materiam iuris Casarci, simul & v'sitationes iuris pontifici decretales epistolas tribus (& his quidẽ quotidianis) prælectionibus, enarrauimus. Ex quibus, annotationes aliquot vestras † dignas existimastis, quæ scriptis mandarẽtur. Quãobrem cogitans qua in re potissimũ vobis morem gererem, nihil mihi potius visum est, vestro que nomine dignius

Judicio vestro
m commune profuturas,

AMICI CVIVSDAM

Ad Fernandum.

Donarunt alijs medicandi corporis artem

Minima, dant alijs sydera nosse uiris.

Ast Fernande tibi concedunt iura docere

Iura, quibus falere, quæritur omnis honos.

His maiora tamen sunt quæ seruanda relinquis

Pacta, quibus mansit semper in orbe fides.

AD FERNAN

dum præceptorem.

Præcipientes pennas extendens fama per orbem

Laudat & ingenium tollit ad astra tuum.

Laudat & ingenii tanti miratur acumen

Temporibus nostris grande patrocinium.

O fortunata & felicia tempore multum

Aurea cum tanto sæcula nostra uiro.

Roma fuit quondam felix & gloria mundi

Sed magis Hispani, si tua fata sinunt.

O felix Osca, & felices tempore longo

Oscenses, tantum qui tenuerunt uirum.

Quare age nestoreos, parcant tibi fata per annos

Vt uiuas nostris gloria temporibus.

Vale.